DIJUDICATIONIS ANTIQUARUM, QUÆ IN BIBLIIS POLYGLOTTIS ANGLICANIS CONTINENTUR, HOSEÆ VERSIONUM

P. I.

QUAM

PRÆSIDE

JOANNE FRIDERICO GAAB,

PHILOS. PROF. P. O.

PRO CONSEQUENDIS MAGISTERII HONORIBUS

DD. *SEPT. MDCCCXII.*

PUBLICE DEFENSURI SUNT

GOTTLOB CHRISTIANUS KERN, *Senstettensis*
CAR. LUDOV. CHRISTIANUS HAUFF, *Ludovicopolitanus*
FRANC. GUSTAVUS KLEIN, *Waldenbuchensis*
JOSEPHUS ALBERTUS STEUDEL, *Eslingensis*
CHRISTIAN. DAVIDES EIDENBENZ, *Suprakochemiensis*
JACOBUS FRIDERICUS STARK, *Pflugfeldensis*

MAGISTERII PHILOSOPHICI CANDIDATI IN REGIO SEMINARIO THEOLOGICO.

TUBINGAE,

LITERIS SCHRAMMIANIS.

Consilium nostrum, antiquissimas, quas novimus, hebraici Codicis versiones examinandi, non auctoritate celeberrimorum, recentioris adeo ætatis, virorum, qui in eodem argumento versari operæ pretium duxerunt [1]), quam rei gravitate excusamus, contentos nos fore profitentes, dum modo id, quod præcipue spectamus, effecerimus, ut præjudicata, qua Criticorum tantum non omnes hodieque ducuntur, opinio, antiquarum versionum auctores diversissimum a nostro hebraicum textum habuisse, labefactetur atque convellatur.

1) vide v. c. Carol. Frieder. *Bahrdtii* commentarium in Malachiam cum examine critico Verss. veter. Lipsiæ 1768. 8. ejusdemque: apparatus critici ad formandum interpretem V. T. volumen primum (quod notas in Hoseam, Joëlem, Habacucum, Haggæum continet) Lips. 1775. 8.; Jo. Melch. *Fabri* commentatt. crit. in loca quædam Habacuci fasciculum 1. & 2. Onoldi 1779. 4.; Jo. Bernh. *Köhleri* kritische Anmerkungen über die Psalmen (in Eichhornii Repertor. t. III—X. & XIII. XVIII.); Anonymi (at doctissimi viri) Abweichungen der griechischen Uebersezung des Propheten Amos vom hebräischen Text (in Repertorii modo citati t. VI.); Henr. Eberh. Gottlob *Pauli* animadversiones — ad vaticinia Michæ ex collatione versionum græcarum reliquarumque in polyglottis Londinensibus editarum (in Pottii & Rupertii Sylloges commentatt. theol. t. I.); Jo. Severin. *Vateri* lectionum versionis Alexandrinæ Jobi nondum satis examinatarum specimen. Regiomont. 1811. 4. & ejusdem: Amos — übersezt und erläutert mit Beifügung des hebräischen Textes und des griechischen der Septuaginta nebst Anmerkungen zu lezterem. Halle 1810. 4.; Jo. Fr. *Schleusneri* opuscula critica ad versiones græcas V. T. pertinentia. Lips. 1812. 8.

C. I.

1. Qui arabicam vaticiniorum Hoſeæ verſionem, quæ tertio polyglottorum Londinenſium volumini ineſt, confecit, nomen הושע eodem plane modo, quo ſequens עזיה, voce nimirum عوزيا reddidit, unde uſitatum ejus tempore fuiſſe collegerunt, ſumere, Hoſeam Uſiæ etiam nomen geſſiſſe [2]). Et fieri certe potuit, ut, quum unus & alter, qui הושע pro aoriſto הושיע accipiebant & vocabulum יהוה animo ſupplebant, *συνωνυμιαν* nominis הושע (adjuvat me Jova) cum עזי יהוה aut, quod idem eſt, עזיה ſtatuerent, in conſuetudinem, ab auctore verſionis quoque adoptatam, veniret, noſtrum prophetam ex more Orientalium, uni eidemque perſonæ plura nonnunquam nomina tribuentium, Hoſeam modo, modo Uſiam vocare. At vero Hoſeas Uſiæ nomen ab ipſo forſan Arabe obtinuit. Hieronymus enim initio commentarii, quo Hoſeam illuſtravit [3]), quum affirmet, Hoſeam in græcis latinisque codicibus quibusdam perperam [4]) non *Ωσηε*, Oſee, ſed *Αυση*, Auſe, audiviſſe, ſuſpicio nobis eſt, Arabem, qui ſuam translationem ad verſionem alexandrinam compoſuit, in codice, quo utebatur, lectionem *Αυση* inveniſſe eamque voce عوزيا expreſſiſſe. Mirum omnino videri poteſt, Arabem pro *σ* in *Αυση* ز poſuiſſe & terminationem يا adjeciſſe.

Loco

2) v. Jo. Gottlob *Carpzovii* introductionem ad libros canonicos — V. T. part. III. p. 273. & ipſam adeo inſcriptionem, arabicæ translationi noſtri prophetæ olim additam. Habet hæc inter alia: نبوة هوشع وهو عوزيا.

3) S. Euſebii Hieronymi Operum .... tomus ſextus pars prima ... Studio ac labore Dominici *Vallarſii* .... Venetiis 1768.

4) Non probavit hoc Jo. *Druſius* in Criticorum Sacrorum t. IV. Londini 1660. Hauſe, Auſe, ait, idem eſt quod Hoſe ſ Hoſee; tantum varietas in pronuntiatione *τȣ* Vau, quam per *ω* alii, alii per *ου* efferebant. Sic אוץ Uz & Auz, unde Auſitis.

Loco Jothami in arabica noſtri verſus translatione Joacimus, qui centum & triginta annos poſt illum imperabat, memoratur; quem graviſſimum errorem librario magis cuidam, quam auctori tribuere malimus. Converterat hic, ut nobis videtur, vocabulum יותם, ſive potius græcum Ιωαθαμ (Ιοαθαμ), ſingulari iterum terminatione in يوأثيم, quod deinde vitio aliquo in يوأقيم mutatum eſt.

2. Pro בהושע in codice Vaticano των LXX. εν Ωσηε reperitur, in Alexandrino προς Ωσ.; difficile autem dictu eſt, utra harum lectionum genuina ſit, niſi leviuſculis rem argumentis dirimere velis, id quod *Bahrdtium* (in appar. crit. p. 1.) feciſſe cenſemus, qui nimis præcipitanter decernit: "προς rectius, quam εν, nam Arabs, qui minoribus in prophetis τȣς O ſequitur, *ad* Hoſeam habet." Quemadmodum enim Hebræi phraſi דִבֵּר ב pro דִבֵּר אל utebantur; ita antiqui fœderis interpretes græci, quod ex Jerem. 31, 20. Habac. 2, 1. Zach. 1, 9. eluceſcit, λογος, λαλειν εν & λογος, λαλειν προς eodem ſenſu dicebant; qua de cauſa vix ac ne vix quidem erui poterit, an Arabs, cui uſus hic loquendi absque dubio cognitus erat, hoc illudve præ ſe habuerit. Cæterum quæri poteſt, annon דִבֵּר ב quibusdam in locis, nominatim in hoc noſtro de interna aliqua revelatione accipi debeat? quod ſi ſit, male egiſſet Arabs, ſi لهوشع, quod habet, pro εν Ωσ. poſuiſſet.

3. Quod δεβηλαϊμ vel δεβελεμ, δεβηλεμ (v. *Druſius* in Crit. Anglic.) alexandrinæ verſionis ab Arabe in بيت لحم mutatum eſt, ex interpolatione arabicæ translationis aut corruptione codicis των O, quo Arabs uſus eſt, derivant, ſed aliis quoque a cauſis repeti poteſt. Accidere enim potuit 1., ut, qui Arabi, cum verteret, græcum textum prælegebat [5]), vocem δεβηλεμ, δεβελ. negligenter eloqueretur & in cauſſa eſſet,

 ut

5) cfr. *Eichhornii* Einleitung ins A. T. §. 97.

ut Βηθλεεμ, βεθλεμ, audiviſſe ſe putaret; 2. ut Arabs, quæ diſtincte illi recitabantur, prave audiret & cum Βηθλ. confunderet, & 3. ut in textu δεβηλεμ eſſe bene ſciret, perſuaſum autem qualicunque tandem de cauſſa haberet, nomine δεβ. indicari βηθλεεμ. — Pro vocabulo θυγατερα Arabem ضن poſuiſſe, non miramur; *filia loci* alicujus in Oriente ea dicitur, quæ in loco habitat & in eo eſt.

4. De nomine iſraëlitici regis Jehu, qui hoc verſu memoratur, altum eſt apud LXX. ſilentium, pro בית יהוא enim habent οικος Ιȣδα, quod, ſi Hieronymum audiveris, "non vitio LXX. interpretum, ſed ſcriptorum inolevit imperitia, qui ignorantes Jehu, quod magis tritum eſt, ſcripſerunt, Juda." Forſitan LXX. Ἰȣ ſcripſerunt, quod librariorum aliquis ex ignorantia aut incogitantia pro ſcribendi compendio habebat & in Ιȣδα transformabat.

Helleniſtarum καταπαυειν plane ut hebr. השבית, ſignificatu "abolendi, evertendi" uſitatum fuiſſe, Arabs quoque noſtro loco confirmat, qui مرح, ut Ezech. 30, 13. أهلك, reddidit; مرح eſt avertit & evertit.

6. Verba: αντιτασσομενος αντιταξομαι αυτοις "opponam me illis" [6]) in alexandrina verſione forſan inde orta ſunt, quod interpres נשא ſenſu intranſitivo, qui Habac. 1, 3. & Prov. 30, 21. etiam obtinere poteſt & arabico نشأ confirmatur, aut quod נשא pro נשא יד "extollere manum pugnandi, puniendi ergo" (Pſalm. 10, 12.) accepit [7]). Arabs ipſum hebrai-

6) 1 Reg. 11, 34. αντιτασσ. αντιταξ. αυτω eſt: opponam me *pro* illo.

7) Semel monemus, in opinione nos eſſe, multas interpretationum, quas in antiquis verſionibus invenimus, harumque verſionum auctoribus tribuere ſolemus, ab aliis profectas eſſe, qui ejusdem ætatis erant vel ante eos vixerant; cum vero definiri nequeat, quid hujus, quid illius ſit, neque conſuetam dicendi rationem mutare velimus, ut plurimum certe ita loquemur, quaſi eâ, quæ Vulgatus, Alexandrinus, Syrus atque Chaldæus habent, illis ipſis adſcribamus.

hebraicum textum hoc loco præ ſe habuiſſe videri poſſit, ſive مبعد أبعدهم vertas: amoturus, ſive: perditurus eos ſum; נשא enim tum auferre, tum e medio tollere indicat. Sed neceſſe non eſt, id opinari, nam fieri ſane potuit 1. ut, quæ in arabica verſione hic leguntur, a nonnemine, cui, quæ Arabs ſcripſerat, diſplicebant, de induſtria interpolarentur; 2. ut verba arabica, quæ legimus, primum margini arabicorum codicum addita, eorum in locum, quibus Arabs comminationem: αντ. αντ. α. expreſſerat, aliquando ſubſtituerentur; 3. ut Arabs in codice, e quo vertit, pro lectione αντ. &c. aliam e gloſſa aliqua, aut una ceterarum verſionum græcarum, quæ extabant, profectam haberet; 4. ut lectione: αντ. quidem uteretur, ſed exacte eam reddere nollet, cum ſenſus, quem præbet, connexioni & hiſtoriæ non ſatis accommodatus ei videretur, is vero, quem exprimebat, aliunde ipſi cognitus eſſet.

7. Si quis e vocibus των LXX., υιȣς Ιȣδα, colligere vellet, fuiſſe eorum tempore hebraicos codices, qui 'בני יה loco בית יה habuerint; neſciret profecto, antiquos interpretes haud raro hebraicas formulas non ad verbum, ſed ſynonymis reddidiſſe. — Quod in codice Vaticano των O ȣδε, in Alexandrino ȣτε legitur, ex conſuetudine veterum, codices ex ore dictantium deſcribendi, repeti poteſt. — Additamentum εν αρμασιν, quod codex Alexandrinus cum quibusdam aliis poſt verba εν πολεμῳ habet, &, quanquam loco minus apto, Arabs quoque expreſſit, gloſſatori, qui εν ιπποις & εν ιππευσιν illuſtrare voluit, originem forſan debet. *Bahrdtius* genuinam eſſe & hebraico textu ובמרכב excidiſſe putat, cum in hac ſedula armaturæ recenſione curruum mentionem propheta non potuerit non facere. (cfr. Car. Aurivillii diſſertatt. ad ſacras literas . . . pertinentes. Gœtt. & Lipſ. 1790. p. 599.)

8. Nec Syrus nec O in textu עוד habuerunt, ſed ܥܘܕ, ετι, perſpicuitatis et congruentiæ ergo addendum eſſe exiſtimarunt.

10.

10. Particula ܠܐ, quam Syrus initio hujus commatis habet, quasi ולא היה מס' legerit, delendam autem omnes censent, inepta non est, si pro ܠܐ ܗܘ, ut Matth. 18, 33. [8]) et significatu "nonne" accipitur. Quod qui non probaverit, et opinioni, ܠܐ genuinum non esse, institerit, dicere poterit: literas ܠܐ, quæ per scribendi compendium pro ܠܐܠܗܐ "in Deum" positæ fuerint, ad illustrandum: ܘܠܐ ܗܘܝܬ ܠܗܘܢ versu præcedenti in margine olim adnotatas, incuria et inscitia cujusdam librarii in textum irrepsisse.

Hieronymum, quum diserte affirmet, LXX. — — והיה מספר vertisse "et erit numerus filiorum Israel, sicut arena maris" extra dubium est, lectionem και εσαι, quam una editio των LXX. Complutensis exprimit, cum cæteræ omnes pro והיה και ἦν, Arabs autem وكان habeant, novisse et veram credidisse. Lectionem ἦν sensu carere et absurdam esse, in aperto est. Quodsi autem ἦν, quod idem valet ac εαν, legas et post Ισραηλ futurum εσαι suppleas, sententiam habebis satis commodam "at,[9]) cum numerus eorum ut arena maris — fuerit, eodem in loco, quo eis dictum est, non esse eos meum populum, Dei viventis filii vocabuntur." — Verba: κληθησονται και αυτοι, quæ codex Romanus exhibet, argumento esse non possunt, in hebraico textu olim יאמר גם להם fuisse. Sive autem auctor versionis ipse, sive alius sit, a quo vocula και profecta est, eo consilio addita illa videtur, ut, quod propheta enuntiarat, curatius finiretur, quin imo corrigeretur; haud enim sufficere putabat, qui και adjecit, dicere: "Israelitas tandem Dei filios vocatos fore", cum jam olim hoc nomen gesserint, sed dicendum esse existimabat: eos etiam Israelitarum, quos Deus ad tempus neglecturus sit, insigni hac appellatione gavisuros.

C. II.

---

8) ܠܐ ܗܘ nonnunquam in ܠܐ contractum fuisse et a ܠܐ, quod *non* significat, differre videtur. 9) Και et ו *sed*, *attamen* valere, e Bielii Lex. in LXX. &c. discere potest, qui nescit.

C. II.

1. LXX. et Vulgatum לאחותכם in ſingulari legiſſe, vix nobis perſuademus, ſed numerum pluralem cum ſingulari ſuo arbitratu commutaſſe arbitramur, quia רחמה id poſcere videbatur, nec cogitabant, verba hebrajca proprie ita reddenda eſſe: vocate veſtros fratres populum meum, unamquamque veſtrarum ſororum miſericordiam conſecutam.

2. 3. In alexandrina verſione commata hæc ſic translata ſunt: "diſceptate veſtra cum matre, diſceptate, non mea conjux illa eſt, non ejus maritus ego ſum. Auferam vero ſcortationem ejus a me, mœchationem ejus mediis ex uberibus illius, quo quidem fiet, ut omnibus veſtimentis exuam, et denudem eam, reddam, qualis die ſuæ nativitatis erat." Qui translationem hanc cum hebraico textu confert, facile animum inducere poteſt, auctorem ejus plura in ſuo codice inveniſſe a noſtra lectione plane diverſa. Sed eadem, qua nos, lectione eum uſum eſſe, ſtatui poteſt, ſi ponatur: vocem וְתָסֵר eum וְתָסֵר enuntiaſſe; תָסֵר ex regula "maſculina pluralia cum feminino ſingulari conſtruuntur" pro: יָסוּרוּ; verba: "ſcortatio ejus recedet" pro: recedet *efficiente me* i. e. auferam, accepiſſe; cumque non intellexerit, quid מפניה in hoc contextu ſibi velit, lectionem מפני effinxiſſe; denique פן, *ινα μη*, quod ſenſui, quem verbis ineſſe arbitrabatur, haud accommodatum erat, aut non attendiſſe aut pro vitioſo habuiſſe, ſumamus.

Compoſitum "exſpoliare," quemadmodum ſimplex "ſpoliare" præter alia ſignificabat: veſte exuere, ut, quæ in Vulgata τᴕ: פן־אפשיטנה invenitur translatio "ne forte exſpoliem eam" dubitationem dare nequeat.

Αποκαθιϛαναι, quod *οι* O pro הציג poſuerunt, tum hic, tum Amos. 5, 15. ſimplici ſignificatu "conſtituendi" gaudere putant (v. c. Bielius l. c.), ſed probabile eſt, et ab Arabe confirmatur, græcum interpretem

utro-

utroque loco uſitata "reducendi rem in ſtatum, quo olim fuit" notione adhibuiſſe et ad ſenſum magis quam ad verbum vertiſſe.

5. הובישה, quod aliis recentiorum interpretum eſt: dedecoravit ſe, aliis: turpia egit, Vatablo (Critic. ſacror. t. IV. p. 6237.) ignominioſa admiſit, antiquis verſionibus nihil illuſtratur, niſi alexandrinam excipere et dicere velis, *καταισχυνειν*, quod adhibuit, ſynonymum eſſe: τȣ: *εκπορνευειν* præcedentis hemiſtichii. Bretſchneiderus certe in editione, quam publici juris fecit, libri Jeſu Siracidæ ad c. 22, 4. affirmavit, *καταισχυνȣσαν* eſſe ſtupratam, vitiatam, quæ ſtuprari ſe patitur.

הורה tum a LXX. tum a Syro "genitrix" vertitur, neque aliter ab iisdem, atque Vulgato etiam, Cantic. 3, 4. translatum eſt. Quæri poteſt, an ſenſum modo exprimere voluerint, an verbum הרה non concipiendi tantum ſed pariendi etiam notionem habuerit? Eluceſcere hoc e primo Paralipom. 4, 7. et ratione videtur, qua Veteres locum hunc acceperunt, ubi ותלד textu excidiſſe, id quod *Geſenio* etiam placuit (Hebräiſch deutſches Handwörterbuch p. 238.), vix credibile eſt, cum ne minimum quidem hujus vocis veſtigium ullibi deprehendatur.

Syrus, qui צמר voce ܟܘܬܝܢܐ (veſtis longa exterior) פשתה autem voce ܟܬܢܐ reddidit, illud pro veſtimento extimo, e lana conſtante (מעיל), hoc pro interiori, e lino confecto, habuiſſe videtur, conſentiente forſan Alexandrino, cum *ιματιον*, quo צמר expreſſit, ſæpiſſime non quamcunque veſtem, ſed exteriorem, pallium, denotet (Biel. l. c.).

Arabis لفايف græco *οθονια* exacte reſpondere, atque in errore verſatos eſſe, qui faſcias, noſtro etiam loco, indicari hoc vocabulo putaverunt, ab aliis jam monſtratum eſt; Matth. 27, 59. لفافة in arabica verſione N. T. pro *σινδων* (*σινδων* autem idem valet, quod *οθονιον*, linum nempe & linea veſtimenta) invenimus.

Quanam de cauſa LXX. שקויי verbis: *οσα καθηκει μοι*, Syrus autem reddiderit: "quidquid neceſſarium mihi eſt", vix explicabit aliquis,

ut

ut plerisque omnibus satisfaciat. Nobis quidem unum succurrit, quod periculi loco esse possit, rem expediendi. שקויי interpretibus, quos nominavimus, forsan erat: rigatio mea (שקה enim ut سقى est: rigare); rigatio mea idem, quod: rigatio, quae mihi convenit, qua mihi opus est. Jam, si sumere liceret, usitatum fuisse, de eo, cui, quibus maxime opus habet, desunt, metaphora de campis, qui sub fervido Orientis coelo sine rigatione pessum eunt, ducta dicere: rigatione carere; evidens profecto esset origo explicationis, quam οι Ο et Syrus proposuerunt.

כל פרנוסי, quod Chaldæus pro שקויי posuit, malimus cum *Bahrdtio:* omnes necessitates meas, quam cum aliis: omnia alimenta mea vertere, quanquam nullum locum, quo significatus iste confirmetur, afferre possimus.

6. Lectionem דרכך, quam Vulgatus æque ac Jonathanes secuti sunt, Houbigantius, Dathius aliique in דרכה mutare voluerunt, rati, Alexandrinum Syrumque suis in codicibus ita legisse. At vero uterque horum interpretum receptam lectionem habuisse, noluisse vero subitum, quem propheta ab una persona ad alteram facit, transitum imitari, rectissime Bauerus monuit (Die kleinen Propheten. 1. Theil. Leipzig 1786. p. 15.).

Ανοικοδομειν, quo LXX. גדר explicuerunt, valuisse etiam: "ædificare circa, obstruere, intercludere (quemadmodum Jonathanes rem exposuit,) veluti, qui parietibus cingunt" jam e Thren. 5, 7. 9. patet, ut lectione *φραγησομαι*, quam editio Complutensis protulit, non opus, dubiumque sit, an Hieronymus, qui Alexandrinum "obstruam vias illius" vertisse affirmavit, illam noverit. (Cfr. Fischeri proluss. de versionibus græcis librorum V. T. &c. p. 27.) Schleusnerus (opusc. crit. p. 413) ingeniose: "Græcus sine dubio scripsit, *και αποικοδομησω τας οδȣς*. Illud enim notum est, *αποικοδομησαι τας οδȣς* idem esse ac *αποφραξαι δια τινος*

 οικο-

οικοδομης, obſtruere vias ædificatione quadam. Sic explicat Scholiaſtes Thucydidis l. VII. c. 73., et l. II. p. 88. (ed. Wechel.) οι το οικημα απῳκοδομησαν idem Scholiaſtes interpretatur: τειχισαντες τας θυρας απεφραξαν."

Arabs qui pro ανοικοδομησω أَبْنِي poſuit, ſine omni judicio hunc locum vertiſſe aut verbum بنا eodem ſenſu, quo ανοικοδ. ſumimus, accepiſſe cenſendus eſt. Nec valde improbabile, verbum بنا hac quoque ſignificatione uſurpatum fuiſſe, cum Arabes non modo ſed Hebræi etiam atque Aramæi בנה de diverſiſſimis ædificandi modis adhibere ſoleant.

7. Cum Arabs pro καταδιωξεται habeat: *venabor* in prima perſona, aut καταδιωξομαι, quæ *Bahrdtii* opinio, legiſſe exiſtimandus, aut mendum in arabica verſione ſtatuendum eſt, ut tertia perſona futuri reſcribenda ſit. [10]) Probabilius nobis videtur hoc, quam illud et facile profecto aliquis, qui Hoſeæ arabicam translationem deſcribebat, تطرد quod dictabatur, perperam audire, is, qui dictabat, perperam enuntiare poterat, ut in أطرد mutaretur. Cæterum ſubnotamus 1. mendum ipſi forſitan translatori, aut qui illi dictabat, tribuendum eſſe, 2. طرد ſignificatum perſequendi quoque habuiſſe.

8. Laudem meretur Arabs, qui ελαιον noſtro verſu زيت, verſu quinto دهن "oleum, quod inungitur, unguentum arte compoſitum" reddidit.

Poſtrema commatis verba: — — וכסף LXX. ſic reddidiſſe exiſtimamus: adauxi illius pecuniam (αργυριον), ipſa vero (ope illius) argentea atque aurea (vaſa) Baali confecit. Quam interpretationem ſi tribuere illis licet, ſenſum hebraici textus bene aſſecutos eos eſſe, nec diverſam a recepta lectionem habuiſſe, omnes intelligent. *Bahrdtius* verba αυτη δε αργυρα interpolata eſſe conjecit.

9.

10) v. Caroli Frid. *Staeudlinii* Beiträge zur Erläuterung der bibliſchen Propheten — — Tub. 1785. p. 53.

9. *Houbigantius*, *Dathius*, aliique LXX. non לכסות ſed מכסות in codice ſuo reperiſſe ſtatuerunt; at vero *Druſio* accedimus, qui ita habet: in Hebræo eſt, *τȣ καλυπτειν. Ιματ. και οϑον. τ. καλ.* (ea) ſunt, quæ adhibentur ad tegendum et ſi ablata fuerint, non poterunt tegere pudenda. Ergo incolumi ſententia adjecta fuit negatio (*μη*) a Græcis, quam etiam interpres vetus expreſſit, ut videre licet in Hieronymo."

10.) Credibile eſt, vocem *ακαρϑασια* qua LXX. uſi ſunt, pudenda viri aut feminæ indicaſſe, ut عورة Arabis exacta ſit ejus expoſitio. Idem Syri ܦܘܪܣܬܐ valet et Chaldæi קלן, quod præcedente verſu pro ערוה poſitum eſt; quin vero, cum נבל Chaldæis ſit fœdare, abominabile reddere, נבול, נבלתא turpitudo, obſcœnitas; ipſum נבלות, quod in hebraico textu eſt, de partibus genitalibus dictum fuiſſe ſumi poteſt.

Vulgati: "ſtultitiam ejus revelabo" (id vero eſt: e pœnis, quas immiſurus illi ſum, eluceſcet, quam ſtulté egerit) unde ortum ſit, facile intelligitur.

11. Cum LXX. השבתי non verterent *καταπαυσω*, ut c. 1, 4., ſed *αποςρεψω*, Druſius ſuſpicatus eſt, aliis eos vocalibus vocem legiſſe & הֵשַׁבְתִּי [11]) (a שׁוב) pronuntiaſſe. At vero Arabs, qui *αποςρ.* eodem verbo صرح expreſſit, quo c. 1, 4. *καταπαυειν* reddidit, docere videtur, *αποςρεφειν* removendi etiam ſignificatum ſimilesque habuiſſe.

Τας εορτας αυτων in arabica verſione aut conſilio ejus, qui eam compoſuit & pro ſuperfluo judicavit, aut negligentia illius aut librariorum culpa forſan omiſſum eſt. — موسم (quod obiter contra Golium aliosque, qui Lexica arabica ediderunt, monemus) omnem conventum ſolemnem indicare, uſus oſtendit, quo Arabs noſtro loco adhibuit.

12. Verbis: *ϑησομαι αυτα εις μαρτυριον* hic ineſſe ſenſus poteſt: redigam illa in ſtatum, qui, quam diu duraverit, manifeſtum ultionis meæ

 docu-

11) Formæ הנפת Exod. 20, 22. a נוף, הפרת 2 Sam. 15, 34. a פור, loco: השיבותי.

documentum erit. "Pro saltu (יער), ait Hieronymus, LXX. transtulerunt *testimonium*, Res & Daleth literarum falsi (decepti) similitudine. Si enim pro Res Daleth legatur, testimonium (עד) [12]) dicitur, ita duntaxat, ut Jod litera non præcedat." Probamus, quæ Hieronymus notavit, addimusque: Græcum, cui expositionem: θησ. α. ε. μαρτ. debemus, Jod sine dubio in suo codice legisse, cum vero יעד, quod sibi effinxerat, non intelligeret, ex conjectura illud pro vitioso habuisse atque יעד in עד mutasse.

Quicunque is sit, a quo additamentum: τα πετεινα τε ερανε και τα ερπετα της γης in alexandrina versione repeti debeat, voluit ille absque dubio: τα θηρια τε αγρε curatius definire & explicare.

13. כום Syrus ܩܕܫܐ, חליה reddidit ܡܪ̈ܓܢܝܬܐ. Observamus 1. Syri ܩܕܫܐ & Chaldæi קדשא, quæ significatum "inauris" habent atque cum arabico قدس "res argenteæ globuli instar, quales linea connexæ gestari solent" conferri possunt, e superstitione Orientalium, qui inaures inter amuleta sua habebant [13]), lucem suam obtinere; 2. videri nobis, Syrum quoque חליה haud generaliori sensu pro omni ornatu, sed specialiori pro monilibus accepisse, cum probabilius sit, ܡܪ̈ܓܢܝܬܐ (uniones gemmæque) de collari feminarum hebræarum ornatu, qui gemmis præcipue ac margaritis constabat [14]), quam de universo mundo muliebri usitatum fuisse [15]).

14. Phrasis: lactare aliquem, qua Vulgatus hic usus est, valet: persuadere alicui de re aliqua consilio eum decipiendi, itaque פתה אל—, malam in partem si accipitur, bene exprimit. Ως ερημον, quod Ale-

12) עד testem esse & testimonium nostri etiam philologi statuunt. v. *Eichh.* Lex. hebr. & *Gesen.* Handwörterb. 13) H. E. *Warnekros* Entwurf der hebr. Alterthümer. Weimar. 1782. p. 266. 14) A. Th. *Hartmann* die Hebräerin am Putztische und als Braut. Tom. 2. p. 172. sq. 15) Illustrationis loco afferri possunt, quæ Chaldæus habet: בחליטת מרגליתהא (monilibus margaritarum suarum).

Alexandrinus habet, arguere poſſit, pro המדבר eum כמדבר legiſſe aut cogitaſſe; ſed ὡς poſuiſſe arbitramur pro εἰς; quemadmodum enim ὡς εἰς, ὡς πρός, &c. pro ſimplici εἰς & πρός, ita ὡς pro ὡς εἰς, ὡς πρός &c. dicere moris erat. — Loco τάξω *Schleusnerus* (l. c. p. 413.) ἀνάξω vel, quod Baſileenſis editio habet, ἄξω ponendum eſſe exiſtimavit; quo jure, neſcimus.

15. כְּרָמֶיהָ Vulgatus in כֹּרְמֶיהָ (vinitores ejus) mutavit; at difficile dictu eſt, quam notionem voci "vinitores" ſubjecerit. Quodſi eandem loci noſtri interpretationem, quam Chaldæus poſtea ſecutus eſt, adoptaverat, כֹּרְמִים pro vinearum cuſtodibus, vinearum cuſtodes [16]) pro rectoribus populi habebat.

LXX. כְּרָמִים reddiderunt κτήματα, poſſeſſiones, agros, vocabulum כרם latiori itaque, quem habebat, ſenſu acceperunt, quod Joel. 1, 11., ubi כְּרָמִים pro כֹּרְמִים legebant, & Proverb. 31, 16. eosdem feciſſe videmus. *Druſius* mendum in textu τῶν O latere ſumit "ſuſpicari, ait, aliquis poſſet, ſcriptum initio fuiſſe τὰ κλήματα αὐτῆς; idem error admiſſus Joel. 1, 11." cfr. *Fiſcheri* prolus. p. 25. ſq.

לפתח תקוה nulla forſan alia de cauſa Alexandrinus διανοῖξαι σύνεσιν αὐτῆς, Syrus ܢܦܬܚ ܣܘܟܠܗ, tranſtulerunt, niſi quod ad intelligendum, qui commati noſtro e ſua ipſorum vel aliunde accepta opinione tribuendus erat, ſenſuum, facere videbatur, ſi phraſis: aperire eorum ſpem altera: intelligentiores & ſapientiores reddere (ut nimirum ſpem concipere poſſent), antecedens igitur conſequente permutaretur. Legiſſe Alexandrinum תְּקָנָה pro תקוה judicavit *Druſius*, ſed תקנה ſignificatum συνέσεως habuiſſe non oſtendit.

Quod attinet ad ταπεινωθήσεται Alexandrini et ܬܬܡܟܟ Syri, haud neceſſe

---

16) Pari modo كرّام vinitores & vineæ cuſtodes denotat.

necesse est statuere, עָנָּתָה eos legisse, cum ענה in prima etiam conjugatione valeat: depressum esse, humiliari. v. Sachar. 10, 2. &c.

16. Βααλειμ, quo LXX. multis in locis (vers. 13. 17. &c.) בעלים expresserunt, vitiose pro βααλει, vel βααλι (בעלי) scriptum esse, tum *Drusii* tum *Bahrdtii* sententia est. Cum Arabs ﺑﻌﺎﻝ, non ﺑﻌﺎﻟﻲ habeat, lectio βααλειμ, si non originaria, perantiqua certe est.

17. Dubia ac erronea est *Bahrdtii* ad hunc versum adnotatio: "Vulgatus, inquit, legit יִזָּכֵר — Arabs in suo codice των O habuisse videtur μνηϑη, quanquam in hodiernis editionibus sit μνηϑωσι, יִזָּכְרוּ — Jonathan habebat יִזְכַּר — solus Syrus יִזְכְּרוּ." Ecquis enim non concedat 1. Vulgatum, si verba: nomine suo non commemorabuntur amplius, quæ in hebraico nostro textu sunt, pro: "non commemorabuntur *ab illa*" accepit, sine ulla hæsitatione et lectionis varietate vertere potuisse: "non recordabitur (illa) ultra nominis eorum," quin vero rectiorem adeo interpretationem "nominis eorum nemo iterum mentionem faciet" Vulgati verbis inesse, si vox "recordabitur" passivo, quem habere potest, sensu sumatur; 2. haud opus esse, statuere, Arabem μνηϑω in suo codice invenisse, sed vertisse tantum, ac si μνηϑω præ se habuerit, cum sensui id nihil derogare et تذكر constructioni convenientius esse videretur quam تذكرون; 3. Chaldæi: — non erit memoria nominis eorum in posterum — cum lectione, quæ in hebraico textu est, egregie conciliari posse?

18. Cum שׁכב de eo etiam dicatur, qui dormiendi ergo decumbit, translatio Vulgati — dormire eos faciam fiducialiter — nihil habet, quod offendat. Cæterum verbum "dormire" quiescendi etiam et quiete agendi notione gaudebat.

LXX. Syrus atque Chaldæus non legerunt השׁכבתים, sed liberius

rius verterunt, aut, quod præferimus, hebraico השכיב significatum etiam "collocandi" tribui posse cognitum habuerunt.

19. Metaphoram, quæ verbo ארשתי inest, in proprium sermonem mutare voluit Chaldæus, quare אקימנכון קדמי "firmos eos reddam coram me" transtulit et a voce אָרַשׂ s. ארס, quæ apud Chaldæos eandem potestatem habebat, quam אֵרֵשׂ apud Hebræos, abstinuit.

20. Vulgatus, qui in fine commatis pro וידע את־יה habet — „scies, quia ego Dominus [17]) — verba textus non tam vertisse, quam, parum licet recte, explicuisse censendus est. — Hieronymi ætate in nonnullis etiam codicibus των LXX. extitisse videtur: [18]) επιγνωση, οτι εγω Κυριος, quod nostra exemplaria tantum non omnia [19]) et arabica versio ignorant. In ipsis adeo manuscriptis hebraicis lectionem hanc inveniri, testis est codex Stuttgartianus (v. Jos. Frid. Schellingii descriptionem codicis manuscripti hebræo biblici, qui Stuttgardiæ — asservatur p. 194.)

21. Prius אענה Syrus atque οι O omiserunt, quia pro superfluo habebant, nec orationi hac repetitione vim addi perspiciebant.

C. III.

1. LXX. אֹהֶבֶת רֵעַ enuntiasse, apertum est. Idem fecit Syrus, qui præterea, quod aptius ei videbatur, vertit, quasi scriptum esset: מנאפת אהבת רע.

אשישי ענבים, syrupus, si *Gesenium* (Handwört. p. 68. sq.) sequimur, ex uvis confectus, duram in massam decoctus, Alexandrino sunt pla-

17) "Quia ego Dominus" idem est, quod: me esse Dominum; serioris enim ætatis scriptores latini, ecclesiastici præprimis, conjunctionem "quia" sæpius adhibent, ubi aliis accusativum cum infinitivo ponere usitatum est.

18) Postquam Hieronymus in commentario in Osee versionem nostri versus e Vulgato ad verbum recitaverat, addidit: "LXX. similiter."

19. *Drusius* certe affirmat, *partem* exemplarium nostrorum lectionem hanc habere.

placentæ, uvis paſſis conditæ, πεμματα μετα ςαφιδων, quod Arabs egregie reddidit: fricata et commiſta cum uvis paſſis (مزبيب). Syri ܕܟܘܡܐ ܕܟܘܡܬܐ (ſic enim legendum eſt, non: ܕܟܘܡܐ) itidem panes dulciarios uvis paſſis fartos indicat. Vulgati — vinacia uvarum — quid ſibi velint, neſcimus, niſi ſumere licet, vocem vinacii, quam de granis aut folliculis uvarum ſcriptores tantummodo uſurparunt (quod utrumque ad hunc noſtrum locum non quadrat), ſignificatum quoque uvarum paſſarum habuiſſe. Colligimus autem hoc ex Hieronymi: "pro pemmatibus, quæ LXX. tranſtulerunt et comeduntur cum uvis paſſis ſ. vinaciis, placentas poſſumus dicere, vel cruſtula, quæ Diis offeruntur."

2. Vulgatus כרה non ſolum ſignificatu fodiendi, quem aliâs habet, accepit, ſed exiſtimavit etiam, ni fallimur, ſenſu obscœno, quemadmodum Latinorum fodere, uſurpatum fuiſſe. Abſurde Hieronymus: quando dicit (auctor) *fodi*, oſtendit vineam, quæ a Domino plantata eſt et in multis locis ponitur ſcripturarum, ſignificans populum Judæorum."

Alexandrinus vel ex oſcitantia vel cupiditate, auctorem ſuum emendandi, pro לתך שׂעורים ſubſtituit נבל יין, cujus lectionis nullibi ne veſtigium quidem deprehenditur. *Schleusnerus* (l. c. p. 414.:) και λεθεχ κριθων in textu των O olim fuiſſe, verba autem και νεβελ οινȣ — quibus nihil in textu hebraico reſpondeat, merum additamentum ad verba και λεθεχ (λεθὲκ) κριθων, ex 1 Sam. 1, 24. huc translatum, continere judicavit.

3. Intellexiſſe hoc comma Vulgatus ita videtur: (poſtquam rem cum illa habueram) dixi ei: nunc multum ego temporis non amplius te uſurus ſum, noli miſcere te ulli alii, ego quoque cum nulla alia me conjungam, ſed datam tibi fidem exſolvam. Extitiſſe hanc vel ſimilem commatis interpretationem, argumento nobis eſt paraphraſis Chaldæi: "pec-

"peccata vestra efficient, ut exules acturi sitis quam plurimis diebus; dabitis vos cultui meo, non fornicabimini, neque coletis idola & ego quoque vestri miserebor." Sed vix dicere aliquis poterit, qua ratione Vulgatus, vel is, cujus explicationem repetiit, hebraico textu elicuerit, quæ in latina versione nostri commatis invenimus. Quodsi enim concedatur, potuisse aliquem תשבי לי vertere: — sedeas mihi — hoc autem sumere pro: exspectes me —; qui, quæsumus, factum sit, ut, quo loco in hebraico est: וגם אני אליך, Vulgatus: — sed & ego exspectabo te — habeat? Solvant hunc nodum, quibus datum est; nobis nil quidquam occurrit, quod enucleandæ rei conferat, nisi statuere liceat: pro אֵלֶיךָ forsan אֲלִיֶךָ, quod prima futuri Kal a ליה cum suffixo esse potest, lectum; אֲלִיֶךָ pro אליה לך (Prov. 8, 15. Job. 15, 21. 31, 37.) positum; ליה pro synonymo τȣ לוה (adhærere, adjunctum esse) acceptum [20]; ab eo autem, cui explicationem debemus, *expectare* redditum fuisse, quia תשבי לי "expectabis me" reddiderat & sensui, quem commati tribuebat, translatione hac non derogabatur. Suspicari si quis velit, ליה ipsum etiam expectandi significatum habuisse, ad arabicum لوي provocare poterit.

Alexandrini ἐπ' ἐμοι, ἐπι σοι vertimus: juxta me, te. Eodem modo ἐπι Genes. 29, 2. Exod. 2, 15. Sachar. 4, 3. occurrit.

4. Omnes nostri interpretes מצבה hoc loco non de statuis, sed altaribus sumserunt, nec dubium videtur, vocem hebraicam altare etiam indicasse.

LXX., qui pro תרפים δηλοι sc. λιθοι vel δηλα ponebant, Urim & Thummim, per quod responsa accipere credebatur sacerdos, δηλωσιν igitur (ut alibi loquuntur, si de Urim & Thummim sermo est) respiciebant.

20) Hebræos ליה & לוה eodem significatu dixisse, ob vocabulum ליות 1 Reg. 7, 29. 30. 36. jam alii sumserunt. v. *Eichhorn*. Lex. hebr.

bant. תרף ex usu syriaci ܬܪܦ (percunctari, inquirere) illis erat is vel id, a quo consilium petitur daturque i. e. oraculum. Arabis ولا مرشد (nullus erit, qui recta eos via ducat, vel: recta illis consilia impertiatur, nam مرشد etiam est: docere, consulere alicui) liberior eorum, quæ apud LXX. invenit, interpretatio est.

Chaldæus eodem tramite cum Alexandrino incessit, vertit enim: לית מחוי, nemo erit, qui futura illis indicet.

Syrum תְּרָפִים enuntiasse arbitramur; (Deum vel Deos) consulentes autem thura accendentes (ܡܣܩ ܒܣܡܐ) i. e. sacerdotes vocasse.

5. In arabica versione אלהיהם deest. Suspicor, ait *Bahrdtius*, excidisse الههم; quidni addere illi placuit: ipsum forsan versionis auctorem s. negligentia s. alia de causa illud prætermisisse.

פחדו אל יהוה LXX. intellexisse videntur: admirabundi prædicabunt Jovam; sed parciores verborum erant. Eundem errorem cum committeret Arabs, notione admirationis omissa nihil expressit, nisi: confitebuntur Jovam.

"Pavebunt ad Dominum & ad bonum ejus" quod Vulgatus habet, sensum habere potest: in timore erunt respectu Dei bonorumque, quæ largitur, & cavebunt, ne suis actionibus iterum Deum offendant & gratiam ejus amittant.

Chaldæus æque ac Syrus פחד de reverentia Dei atque obsequio in eum dici putarunt; ܕܚܠ enim, quo Syrus utebatur, de cultu ac veneratione Dei, plane ut hebr. ירע Hos. 8, 2. Psalm. 36, 11. &c. accipimus.

C. IV.

1. *Judicium* Latinis nonnunquam idem est, quod: causa, controversia; Vulgatus igitur non vituperandus, qui ריב *judicio* reddidit. Alexandrini κρισις itidem lis, causa est, (2 Sam. 15, 2. Prov. 23, 29. &c.), quem-

quemadmodum κρίνεσθαι ſenſu litigandi Genes. 26, 21. Job. 9, 3. Hos. 2, 2. adhibetur. Syr. ܕܢ & Chald. דינא eundem ſignificatum habuiſſe, notum.

2. Si ſumere liceret, Hebræos, quorum in ſcriptis, ad nos perlatis, nulla vox occurrit, quæ *actum furandi* denotet (nam גנבה Exod. 22, 2. 3., quod furtum reddunt, eſt: furto ablatum), nomen aliquod גֹּנֵב vel גֶּנֶב vel גָּנָב de illo uſurpaſſe [21]); vix temperare nobis poſſemus, quin ſtatueremus, LXX., Vulgatum atque Syrum pro infinitivis, quibus verſus incipit, nomina legiſſe אָלֹה כַּחֵשׁ רָצֹחַ גנב נָאֹף. Pone vero, non aliter illos legiſſe, quam nos, id certe concedas neceſſe eſt, quinque, qui in textu noſtro ſunt, infinitivos pro ſubſtantivis eos habuiſſe, qui a verbo פרצו regantur, nec alia de cauſſa, quam quod פרץ de aqua, aggeres perrumpente atque omnia inundante & univerſe de diffundendo ſe nonnunquam dicitur, vertiſſe: maledictio, mendacia .... inundaverunt (terram) ſ. effuſa ſunt ſuper terram ſ. multiplicata ſunt.

Chaldæus, ſi אלה... pro infinitivis agnovit, temporum finitorum loco poſitos illos eſſe putavit; ſi pro ſubſtantivis habuit, הָוֹ mente ſupplevit, ut proprie & ad literam vertendum illi fuiſſet: perjuria, mendacia ... ſunt (extant) i. e. falſo jurant, mentiuntur ..... — פרץ ſignificatu, quem plurimi interpretum decimo noſtri capitis verſu huic verbo tribuunt, "prolem accipiendi" ſumſit; quod qui ignorat, profecto non intelliget, quid eum moverit, ut יפרצו redderet: ex uxoribus ſuorum proximorum filios gignunt.

דמים בד' נג' "cædes excipiunt cædes" unus Vulgatus ad verbum vertit "ſanguis ſanguinem tetigit", cum cæteri noſtrorum interpretum ſenſum magis ſequantur; οἱ O enim & Syrus habent: ſanguinem ſanguine miſcent, Chaldæus autem paulo liberius: peccata peccatis addunt.

 3. Trans-

21) Uſurpant hoc modo Syri ܠܓܢܒܘܬܐ ، ܓܢܘܒܐ ، ܠܓܢܘܒܬܐ

3. Translatio Vulgati, prima specie obscura atque inepta: — propter hoc lugebit terra & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri & in volucre cœli, sed & pisces maris congregabuntur — hunc etiam sensum admittere videtur: tristem & miseram terra exsiccata atque infœcunda faciem præbebit; infirmitate (ob sterilitatem illius) laborabunt tum homines, incolentes eam, tum bestiæ agrestes, tum volucres, atque pisces adeo marini peribunt. אמלל 1., quod Esaj. 19, 8. emarcescere, Esaj. 33, 9. & Joel. 1, 12. elanguescere a Vulgato redditum est, nostro ille loco significatu cognato accepit; 2. ante בחית & בעוף animo repetiit כל; 3. in bestia, in volucre tantumdem esse potest, quantum: inter bestias, inter volucres; 4. congregari, aliisque in locis synonymum: colligi Vulgatus usurpavit pro: mori, perire. cfr. Numer. 20, 26. Esaj. 57, 1.

LXX. אמלל ad præcedens הארץ non retulerunt & pro regula grammatica, quæ אמללה posceret, ne referre quidem potuerunt, neque בכל legerunt, sed versum sic ordinarunt: "lugebit terra, diminutionem (damnum) patientur omnia, is, qui terram incolit cum bestiis agri . . ." — id quod hoc exprimere illis modo placuit: lugebit terra, damnum patietur tum ipsa, tum qui eam incolit . . . Verbum σμικρυνεσθαι (imminui) Hellenistæ, qui pro hebraico מעט ponere amant, fortiori etiam significatu, quam מעט Hos. 8, 10. habet (v. *Bauer.* klein. Propheten 1, 55.), sumsisse videntur. Εκλειπειν pro מות, אבד, נכרת eos posuisse e *Bielii* Lexico apparet.

Syrus verbo אמלל notionem, a recentioribus etiam philologis probatam (v. *Gesenii* Handwörtb. p. 47.), "lugendi", tribuit; ב ante חיות & עוף "una cum" reddidit, ita vero enata est translatio: lugent habitatores terræ, bestiæ deserti, volucres. Chaldæus בח' & בע' *per* bestias, *per* volucres, יאספו (ut forsan, quæ propheta dixerat, aliquantulum temperaret) vertit: pauci, rari erunt.

4. Vul-

4. Vulgatus יוכח, non יוכח legit.

Alexandrinus plura in hoc commate habet, de quibus aliquid dicendum est. Mutavit nimirum 1. sive ex errore sive ex conjectura אַךְ in אֵיךְ vel existimavit, אֵיךְ etiam sine Jod scribi, 2. οπως vel ὁπῶς, ut ex كيف Arabis elucet, pro simplici πῶς (quomodo igitur?) posuit [22]); 3. δικαζεσθαι et αντιλεγεσθαι in genere, quod vocant, medio pro activis δικαζειν et αντιλεγειν usurpavit; 4. loco λαος σε substituit λαος με, ut sermonem faciliorem redderet; 5. pro כִּמְרִיבֵי aut enuntiavit כִּמְרִיבִי quod reddere possis ως αντιλεγων, αντιλεγομενος μοι, suffixum autem, cum verteret, omisit, vel pro paragogico habuit, aut legit: כִּמְרִיב(אֲשֶׁר)יְכַהֵן, ut litigant, litigiosos se præbent, qui sacerdotali munere funguntur; 6. post ιερευς vel ο λαος με mente intellexit: αντιλεγομενος εστι "populus meus contradicit (resistit), ut sacerdos contradicens (resistens) i. e. tum populus tum sacerdotes mihi resistunt." *Bahrdtius*, ut hoc unum addamus, Aurivillio adprobante (Dissertt. p. 605.) lectionem: ως αντιλεγομενος ιερευς sollicitavit; suspicor, ait, mendum antiquum esse in O, in syriacam ex illis atque arabicam versionem translatum et rescribendum: αντιλεγομενοι ιερευσι. Syri ܐܝܟ ܟܘܡܪܐ ܡܬܚܪܝܢܐ eodem modo, quo Alexandrini ως αντιλ. ιερ. ortum est. Chaldæus Caph ante מריבי ob præcedens Caph non animadvertit, aut de industria prætermisit, quia superfluum sensuique contrarium illi videbatur.

5. Quæ Vulgatus habet: — corrues hodie et corruet etiam propheta tecum: nocte tacere feci matrem tuam — ita dispescimus: corr. h. et corr. et. proph. tec. noctu: tacere fec. m. t. *Tacere feci* Orienti est: in silentium redigam i. e. perdam, id quod ex hebraico דמם et צמת atque syriaco ܫܬܩ apparet. Usus autem est hac loquendi formula auctor, sive

22) Simili modo οπως 2 Maccabæor. 7, 22. usurpatum esse, Bielius monuit.

ſive quoniam דמיתי verbum דמם (ſilere, tacere) in ejus memoriam revocaverat, ſive quoniam in opinione erat, דמה notionem ſilendi non minus, quam דמם, habuiſſe.

In ſyriaca verſione ܫܬܩܬ (conticuit, interiit) vitioſe pro ܫܬܩܬ (ſilere faciam, diſperdam) ſcriptum eſſe, a *Pocockio* quoque obſervatum eſt (cfr. Stæudlini Beiträge Tüb. 1785. p. 68.). At, ſi ſumas, conſequens pro antecedente poſitum eſſe, recepta etiam lectio defendi poteſt.

Chaldæus דמיתי absque dubio eodem modo ſumſit, quo Vulgatus, Syrusque, ſed "tacere fecit" proprio ſenſu intellexit. אם ſynagoga illi judaica eſt; "ad ſilentium redacturus ſum ſynagogam" interpretatur: efficiam, ut confundatur (אבהית) et pudore afficiatur, nec docere amplius et poſſit et velit.

Lectio: *ασθενησει ημερας* pro: *ασθενησεις ημ.*, quod tum hebraicus textus, tum ſequens *μετα σου* requirunt, errori auctoris aut alicujus librarii, e verbis, quæ adjuncta ſunt: *και ασθενησει προφητης* ſine dubio orto, tribuenda eſt. Antiquum eſſe hoc vitium ex Hieronymo intelligimus et arabica verſione, ubi, quod itidem monendum, græcum *ασθενειν* minus recte voce ضعف (debilis fuit) redditur; nam *ασθενειν* hoc noſtro loco alibique (v. c. cap. 5, 5. 14, 10.) fortiori ſignificatu accipiendum eſt.

Verba: *νυκτι ωμοιωσα την μητερα σου* ex mente Alexandrini — quo jure, quis norit? — ſignificare videntur: faciam, ut mater tua denſa caligine involuta non conſpiciatur amplius, ſed plane deleta ſit. Opinari ſi quis velit, contra quam hactenus ſtatuerunt omnes et Arabis أمسكت شبيهتها بليل confirmatur, vocabulum *νυκτι* antecedentibus jungi debere, videat, quem ſenſum ex: *ωμοιωσα τ. μ. σ.* eliciat. Cæterum ignoramus, qua

23) Verbum דמה (ſimilis fuit) vel ב, vel ל, vel אל, ſed ſimplicem quoque accuſativum junctum ſibi habebat v. Ezech. 32, 2.

qua Alexandrinus ratione in hebraico textu invenerit: "matrem tuam nocti ſimilem reddam", niſi ſumere licet aut, το Vau ante ודמיתי eum pro ſpurio habuiſſe et rejeciſſe, aut (quod tamen minus probabile) textum ſic intellexiſſe: noctem quod attinet, ſimilem eam matri tuæ faciam. [23])

6. Ante ωμοιωϑη ex mente auctoris ſine dubio νυκτι repetendum; ως ϰκ εχων γνωσιν ſumi poteſt pro: ὁτι ϰκ εχ. γν., nam ως, *Heſychio* etiam teſte, nonnunquam idem valet, quod: οτι. (v. Biel. Lex. in LXX. &c.).

7. Syrus atque Chaldæus, quos המירו legiſſe autumant, lectionem אמיר habuiſſe ſtatuimus; quidni enim tantundem ſit: "facinoribus ſuis — permutant", quantum: facinoribus ſuis me movent coguntque, ut non poſſim non mutare, ut mutem?

8. Negamus, quod *Bauerus* et plerique recentiorum Hoſeæ interpretum affirmarunt, veteres translatores ad unum omnes pro נפשו lectionem נפשם, quæ in codice Regiomontano aliisque invenitur, habuiſſe et arbitramur, נפשו eos diſtributive accepiſſe.

Vulgati: — ad iniquitatem eorum ſublevabunt animas eorum — indicare poteſt, aut: quum prave eos agere vident, erecto lætoque animo ſunt, aut: cupide expectant, iniqua eos patraturos.

Alexandrini: εν ταις αδικιαις αυτων ληψονται τας ψυχας αυτων exponi poteſt: (pravi hi ſacerdotes) impietate ſua auferent vitam uniuscujusque populi mei. Quem ſenſum ſi auctor exprimere voluit, voci נשא ſignificatum *auferendi*, qui ſatis frequens eſt, tribuit et λαμβανειν ψυχην eodem, quo v. c. Pſalm. 31, 14. (30, 17.) accipiendum eſt, modo uſurpavit [24]). *Bielius* εν ταις αδικ. α. pro: εις τας αδικιας α., λαμβανειν autem ſignificatu *elevandi*, quem Ezech. 33, 25. alibique habere videtur, poſitum ait, vertitque: ad peccata illorum animas ſuas elevabunt h. e. ad

24) Similiter vertimus أخذ نفس, quod Arabs hoc loco poſuit.

ad peccata illorum animos ſuos exſpectatione vel deſiderio erectos tenebunt, quo ſcilicet ſacrificiis pro peccatis offerendis veſci poſſint.

ܢܦܫܗܘܢ ܡܥܠܝܢ forſitan vertendum: adpetentiam ſuam (ܢܦܫܐ, quemadmodum נפש adpetitus eſt) dirigunt (ad peccata eorum).

9. מעללים etiam ſtudia hominis (Hoſeæ 5, 4.), ea, quæ quis ad perficiendum ſibi propoſuit, indicare, confirmare videntur tum Vulgatus, tum Alexandrinus, quorum ille noſtro hoc commate et c. 5, 4. cogitationes, c. 7, 2. adinventiones, hic *διαβȣλια* vertit.

10. Vulgatus, qui pro יפרצו "ceſſarunt" poſuit, פרץ, quod eſt: rupit, perrupit, notione forſan "ad ultimum terminum perveniendi" et deinde "ceſſandi" uſitatum etiam fuiſſe vel novit, vel ſumſit. Quod qui non probaverit, ſtatuere poterit, pro יפרצו eum יפרעו legiſſe vel legendum cenſuiſſe, פרע autem ſignificatu "finiendi, abſolvendi", quem فرع habet, accepiſſe. *Bahrdtius* habet: "Vulgat. et non ceſſarunt: leg. פרעו" prætereaque nihil.

Ου μη κατευϑυνȣσι vel *κατευϑυνωσι* (proſpero ſucceſſu non gaudebunt) ſenſum habere poteſt: novam ſobolem non producent, ideoque finem, quem ſcortantes propoſitum habent, non aſſequentur. *Capellus* l. IV. Criticæ ſacr. c. 6. §. 4. Alexandrinum יתרצו (rectum facient) a תרץ, verbo in chaldaica lingua frequenter, in hebraicis V. T. libris nunquam obvio, inveniſſe ſuſpicatus eſt, et loco *κατευϑυν.* legendum exiſtimavit *κατευϑηνῶσι* (abundabunt); quibus *Grabius* (ed. LXX. T. III. proleg. pl. d. 2.) et nuperrime *Schleusnerus* (opuſc. crit. p. 414.) aliqua oppoſuerunt. — Verba: *τȣ φυλαξαι*, quibus editores verſionis verſum clauſerunt, ad id pertinent. quod ſequitur: "deſeruerunt dominum, ita, ut fornicationi vinoque indulgere poſthac etiam poſſent. Neſcimus autem quo Alexandrinus modo hunc vel ſimilem illi ſenſum ex hebr. שמר elicere et græco *φυλασσειν* exprimere potuerit. Aliter ſe res haberet, ſi שמר et *φυλασσειν* non de ſervando ſolum ſed advertendo etiam animum

ad

ad aliquid, ut حفظ c. c. accus., quo Arabs noſtro loco φυλασσειν reddidit, uſitata fuiſſent.

Finem noſtri cum initio proximi commatis Syrus eadem, qua Alexandrinus, ratione conjunxit, atque etiam, ni fallimur, intellexit, ſed verba לשמור זנות clare & ita expreſſit, ut, quem illis ſenſum tribuerit, in ambiguo eſſe haud queat.

11. Μεθυσμα εδεξατο καρδια τȣ λαȣ μȣ [25]) nolimus cum *Bielio* vertere: quod inebriat, accepit cor populi h. e. εμεθυσθη, inebriatum eſt, ſed reddimus: potum inebriantem libenter admiſit (ſ. admittit) intimum populi mei. Δεχεσθαι, quemadmodum قبل (med. Kesr.) haud raro eſt: cum voluptate accipere & admittere aliquid; καρδια intimum alicujus rei & (v. Biel. Lex.) ſtomachus adeo hominis. Vana eſt *Bahrdtii* conjectura, pro καρδια legendum eſſe καρδιας.

12. Prius commatis hemiſtichium in græca verſione magna laborat obſcuritate. An hic illi ſenſus inſit: omina capiunt (ſacerdotes, qui populi ſacra regunt) atque ex baculis ejus (i. e. Dei, a Deo productis ſ. populi, qui populi ſunt & nihil extraordinarii in ſe habent) reſponſa illi dant. Ut perſpiciamus, qua via verſionis auctor in hanc interpretationem incidere potuerit, tenendum 1. ex errore eum forſan ו ante מקלו bis legiſſe, atque exiſtimaſſe, textum ישאל ומקלו habere vel ישאל ſumſiſſe pro: ישאל שׂואל; 2. voces בעצו ישׁ׳ (conſulunt ligna illius ſ. Dei, a Deo creata, ſ. populi) ad ſenſum vertere voluiſſe, ſed primariam illarum notionem prætermiſiſſe; 3. ex ſenſu etiam reddidiſſe מקלו יגיד לו (baculi eorum indicant, indicare debent illi, quæ ſcire avent).

Arabs Alexandrini επηρωτων ex ingenio mutavit in: επηρωτων αυτον (τον Κυριον) & pro συμβολοις lectionem συμβȣλιαις v. συμβȣλαις (quam quidem *Grabius* ex *Schindleri* conjectura in textum adeo recepit [26]), aliique etiam pro genuina habuerunt) in ſuo codice inveniſſe vel conjectaſſe cenſendus erit, niſi ſtatuere velimus, مشورة ſignificatu τȣ اشارة (ſignum) uſitatum etiam fuiſſe.

Syro עץ idem fuit, quod עצה, conſilium, judicium, cogitata.

Lectio הָעָם, quam multi textui obtrudere voluerunt, nec a contextu

25) LXX. אמי ſequentis verſus cum לב conjunxiſſe, quis non videt?

26) v. *Biel.* Lex. in LXX. &c., ubi etiam demonſtratum eſt: συμβολον eſſe τεξας & οιωνισμα.

textu flagitatur, nec auctoritate Vulgati, Syri atque Jonathanis, utpote qui pronomen ex ingenio supplebant, nititur.

Locutionem, quam dicunt, prægnantem & tropicam, ויזנו מתחת אל, a Vulgato & Alexandrino repetitam, Syrus non modo & Chaldæus, sed Arabs quoque reddiderunt: a Deo suo averterunt se, aberrarunt.

13. לבנה præter LXX. & Arabem (v. Eichh. Lex. hebr.) Syrus & Chaldæus pro populo *alba* habuerunt, cum ille ܡܚܘܪܐ (ecquid autem hoc aliud sit, nisi حور, quod absolute positum populum albam indicat? [27]) hic לבן ejus in locum substituerint.

אלה terebinthum esse, quod Vulgatus sumsit, Syro etiam & Chaldæo confirmatur, ܒܛܡܬܐ enim & בוטמא nihil aliud indicare, *Celsius* (hierobot. 1, 36—38.) docuit. In versione alexandrina pro אלה legitur δενδρον συσκιαζον, sive e glossa, quæ margini olim adscripta textum postea irrepsit & in caussa fuit, ut vox τερεβινθος aut τερεμινθος, cui illustrandæ adponebatur, tandem excideret, sive ex usu loquendi, quo terebinthus κατ' εξοχην arbor umbrifera dicebatur.

14. Vulgatum, LXX., Syrum atque Chaldæum non credidisse, verbum פרד conversandi, consociandi, commiscendi notionem habere, sed sensum expressisse, recte monuit *Rosenmüllerus* (Scholia in proph. min. vol. 1. p. 142.)

קדשה, quod eam proprie indicabat, quæ in numinis cujusdam honorem corpore suo quæstum faciebat, dein vero de quovis prostibulo dicebatur [28]), ideoque a LXX. Genes. 38, 21. 22. simpliciter πορνη, a Vulgato *meretrix* reddebatur, hoc nostro loco LXX. strictiori illo, Syrus & Chaldæus latiori sensu accepisse videntur, nisi suspicari velis, τετελεσμενη (initiata, impuris nimirum gentium sacris), quod LXX. hic adhibuerunt, etiam modo strictius, modo latius usurpatum fuisse. [29]). Cæterum quæri possit, an LXX. τετελεσμ. de scortis masculis an muliebribus intelligi voluerint, cum τετελεσμενων genitivus masculini æque ac feminini generis esse possit & Arabs insuper pro τετελ. زواني (fornicatores) posuerit.

Vul-

27) Pro populo generatim ܡܚܘܪܐ dici, sumsit tum *Castellus* in lex. syr., tum, a quo syriaca Hoseæ versio, in polyglottis exstans, latine excepta est.

28) cfr. *Michaelis* mosaisches Recht §. 268., *Rosenmülleri* Schol. in V. T. P. I. (ad Genes. c. 38, 21.) 29) Explicant certe veteres Lexicographi, a *Bielio* citati, τετελεσμενος vocibus: μεμιασμενος, μεμυημενος.

Vulgati — cum effeminatis facrificabant — probabile nobis reddit, fuiffe olim, quibus קרשה idem valebat, quod קָרֵשׁ cinædus.

Plane et ab hebraico textu et a ceteris antiquorum deflexit Syrus, qui pro verbis: כי הם — יזבחו habet: iftæ cum fornicatoribus fe mifcent, hi cum mulieribus, per plateas curfitantibus (cum fcortis vulgaribus) facra faciunt. Cum haud credibile fit, eum הֵנָּה pro הֵם, זֹנִים pro זֹנוֹת, תפרדנה pro יפרדו aut legiffe aut ex ingenio collocaffe, opinari licebit, ad fenfum eum vertere voluiffe et ut mutuam fexuum permiftionem vividius depingeret, orationem prophetæ aliquantulum mutaffe.

עם — ילבט, quod Alb. *Schultenfio* et *Pocockio* præeuntibus vertere folent: præceps ruet, profternetur et peribit; Vulgatus bene reddidit: "populus — vapulabit; nam vapulare præter alia fignificat: puniri, peffum ire et infelicem fieri.

Alexandrinus Syrusque ילבט cum primis proximi verfus verbis junxerunt et tranftulerunt: populus — implicuit fe muliere, amplexus eft fcortum. Uterque 1. pro אם זנה reddiderunt עם זֹנָה, quam lectionem ipfi effinxerunt, five, quia receptam fenfu carere exiftimarunt, five, quia, quæ prælegebantur, perperam exceperunt; 2. לבט cum radice לבר, quæ in Aramæorum dialectis occurrit et conjungendi, coagulandi fignificatu gaudet, confuderunt.

Pro עם לא יבין in translatione τῶν Ο, omiffa negatione, olim fuiffe: ο λαος ο συνιών, tum ex arabica verfione, tum loco quodam, qui in Clementis Alexandrini Pædagogo (l. 1. c. 9.) legitur, apparet. An auctori translationis, qui particulam ου, nifi attentiffimus erat, prætermittere, et pro ὁ λαος ο ȣ συνιων facile ο. λ. ο συν. aut pro ο. λ. ȣ συν. fcribere poterat, ο λ. ο συν.; an librario alicui fuperiorum temporum, an cafui, quo ου in ο mutabatur, tribuendum hoc mendum fit, nobis non liquet. *Schleusnerus* (in opusc. crit. p. 416.) poftquam argumentis quibusdam evincere ftuduit, ὁ fæpius olim pro diphthongo ου pofitum effe, dubio carere, ait, fcriptum fuiffe ο λαος ο συνιων (pro: ὁ λαος ὁ i. e. ȣ συνιων.).

15. Fingi poteft, Alexandrinum, ut prioribus commatis verbis, quæ fenfu privavit, cum אם זנה refecaret, האשם et ויהודה אל־ ex conjectura pofuiffe. Quomodo verbum αγνόειν, ab auctore adhibitum, quod hic et in fermone Helleniftarum univerfe fimpliciter et fine adjuncta ignorantiæ notione *peccare*, *imprudenter ftulteque* agere notat, fignificatum

tum hunc obtinuerit, facile comprehendet, qui meminerit, in Oriente usitatum fuisse, eum, qui αγνοει, id vero proprie est, nil novit et intelligit, pro impio et scelesto habere.

16. Syrus, qui vertit: — tu Israel! ne reum facias Judam — verba nostra hebraica sine ulla mutatione præ se habuisse, ita vero explicuisse videtur, tu Israel! cave, ne Juda (tua culpa) reus evadat.

Arabs lectionem εις τον οικον Ων non expressit, sed alteram: εις τ. οικ. αδικιας, quæ Hieronymi jam ætate in quibusdam exemplaribus extabat.

ואל תשב' ח' יה' Jonathanes interpretatus est: "ne juretis falso, vivit Deus," quasi לשקר vel simile quid in textu invenerit. An crediderit, השבע non jurare modo, sed *pejerare* etiam esse, id quod e Sachar. 5, 3. multi antiquiorum æque ac recentiorum interpretum collegerunt? an vocem "falso" ex arbitrio tantum addiderit, et cogitaverit: homines, quibuscum loquebatur, Dei plane incuriosos, non posse non falso jurare, quoties per Deum viventem jurent?

17. De verbis Alexandrini: εθηκεν εαυτω σκανδαλα *Rosenmüllerus* (Schol. in proph. min.) hunc in modum disputavit: "הניח statuendi, collocandi notione ceperunt LXX., quam sæpius obtinet, veluti 2 Reg. 17, 29., ubi de statuis deorum erectis dicitur, et post לו repetierunt עצבים vel subaudierunt אותם. Ostenditur ita modus, quo Ephraim idolis adhærebat, ea in usum suum religiosum et coram se constituendo." Adjungimus opinioni Viri doctissimi aliam. Accepit nimirum, ut nobis videtur, Alexandrinus הניח significatu "ponendi, in terra reponendi;" pro הַנַּח legit הֵנִּחַ v. הִנִּחַ in præterito: post הנח mente supplevit פח, רשת, vel simile aliquid, unde sensus provenit: consortes (socii) idolorum sunt Ephraimitæ, posuerunt sibi retia; decipulas h. e. quod fraudi illis est et perniciosum.

Pro وضع له شكوكا rectius nostro judicio posuisset Arabs: ول شبوكا (retia), nam شكوك non sunt ea scandala, de quibus Alexandrinus loquitur. Explicuit hoc loco Arabs, quæ in græca versione reperit, haud satis bene, subjecit enim illis sensum: Ephraimitæ erexerunt sibi idola, quæ offensioni sunt.

Chaldæi: — permittite illis cultum (quem adoptarunt) — pro mera paraphrasi hebraici הנח לו habendum esse, alii jam monuerunt [30].

---

30) v. *Staeudlini* librum, not. 10. citatum, p. 71.

THESES RESPONDENTIUM.

I. Vox אִישׁ quibusdam in locis (2. Reg. II, 4. Jerem. V, 1.) ſignificare videtur virum, qualis eſſe debet, virum juſtum; quæ ſignificatio abeſt e lexico Geſenii aliorumque.

II. Quod Storrius in obſervation. p. 348. contendit, particulæ אִם primam ſignificationem eſſe *"certo, profecto"*, id nimis videtur ſubtile. Comprobant potius ellipſes, in hac voce frequentiſſimæ, interdum ſuppletæ v. c. 2. Sam. 3, 35. יַעֲשֶׂה לִּי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף אִם (cfr. 1. Sam. 24, 7.) jurandi hujus particulæ vim non eſſe originariam, ſed poſtea derivatam. Facilior enim a ſignificatione *"ſi"* ad ſignificationem *"certo"* tranſitus eſt, quam viceverſa.

III. Geſenius in Lexico ſuo (T. I. p. 81.) miſcet duo præfixæ ב ſignificatus, quorum alter eſt *cum* (comitantis), alter *per* ſ. ope. In quibus enim locis occurrit בַּחֶרֶב & בְּמַקְלִי Gen. 32, 11. ibi non eodem ſenſu ſumitur, ac Num. 20, 20. 1. Reg. 10, 2. Tum enim aptior eſt ſignificatio *per*, hic vero *cum* (cfr. Exod. 10, 9.)

IV. Locus Hiob 26, 14, nihil probat, uti Geſenius vult, ad confirmandam præf. ב ſignificationem *"de"*, ut dicitur, loqui de aliquo. Ibi enim conjungitur ב cum נִשְׁמַע uſu ſatis trito: attendere ad aliquid.

V. Formulam precandi בִּי Geſenius l. c. dicit contractam ex בְּעִי (preces) ſecundum verſiones aramaicas & analogias quasdam v. c. רִי pro רְוִי. Malimus per ellipſin, fortaſſe רְצֵה בִּי ſ. שְׁמַע interpretari. cfr. Storr. Obſervat. ad analog. & ſyntax. hebr. §. LXVIII.

VI. Verba Cantic. Canticorum 5, 15. בָּחוּר כָּאֲרָזִים Geſenius vertit: gracilis ut cedri, atque hunc locum pro teſte adfert, vocem בָּחוּר, juvenis, non a ſignificatione "ſelectus" neceſſario eſſe derivandam, ſed a figura gracili poſſe derivari. At verbum בָּחַר nihil ſignificat, niſi "elegit". Et locus iſte faciliime vertitur: ſelectus eſt (quoad formam), quemadmodum ſelectæ ſunt cedri inter arbores.

VII. Qui in Geneſi c. 6, 1. ſqq. occurrunt בְּנֵי אֱלֹהִים angelos eſſe putat Geſenius, quos mythologia hebraica cum Jehova in cœlo reſidentes fecerit. Malimus confirmante v. 4. & trito vocis uſu אֱלֹהִים heroas intelligi, quorum memoriam in unoquoque populo ſupereſſe conſtat.

VIII. Geſenius verbum בָּעַל, conſtructum cum ב, Jerem. 3, 14. vertit faſtidire. Sueta verbi ſignificatio etiam hoc in loco admittenda.

IX Vocem גַּם Geſenius nonniſi pro conjunctione habet. Invenitur vero גַּם tanquam nomen, ut ſignificet "abundantia" Hiob 18, 5. Pſalm. 78, 21.

X. Vocem

X. Vocem גאל idem valere, quod מְגֹאָל (contaminatus), quia vindex contaminatus haberi solitus esset, dum maculam interfectoris eluerit (cfr. Storr. observat. p 41.) non esse probabile, contra Michaelem Gesenius notat. At nisi aut illud amplectaris, aut verbum גָּאַל cum verbo גָּלַל, unde גלל & גָּלָל stercus, (media radicali ad Syrorum analogiam in א mutata), comparaveris, quod Simonis vult, nexus significationum contaminare & repetere sanguinem in verbo גָּאַל non statim apparet.

XI. Vocis כִּי primariam significationem esse אֲשֶׁר, e loco Genes. 4, 25. probare vult Gesenius. Sed verba כִּי הֲרָגוֹ קָיִן æque bene parenthesi clauduntur. Pariter locus Deuter. 14, 29. versionem particulæ כִּי suetam admittit.

XII. Non probabile est, quod narratur 1. Sam. 6, 20., Jehovam Semitas, quod arcam fœderis introspexissent, necasse quingenties mille & septuaginta. Major numerus e margine videtur irrepsisse, vel, quum singulis literis numeri significarentur, permutatione aliqua mendum esse adductum.

XIII. Psalm. 68, 1. הִנְדֹּף est infinitivus Niphal irregularis vel mutatis vocalibus legendum הִנָּדֵף. Vers. 5. בְּיָהּ שְׁמוֹ male mutatur in כִּי יָהּ. Vers. 14. Particula אִם hoc loco non, ut multi volunt, affirmandi, sed potius prohibendi significationem habet. Vers. 15. Non possumus ad eorum accedere opinionem, qui בָּהּ תַּשְׁלֵג copulandum &, legendum esse statuunt בְּהִשְׁתַּלֵּג vertentes *"dum vos quiescitis"*. Namque & tertia persona fœminini generis simili modo usurpata haud raro occurrit, & sensus erit in promtu, simulac תשלג in Hiphil *"instar nivis albescet vel lucescet"* significare sciveris. In eod. vers. צַלְמוֹן non est nomen proprium montis in tribu Ephraim prope Sichem, sed appellativum, eandem, quam צַלְמוֹת habens potestatem. Vers. 16. 17. offendit usus vocis גַּבְנֻנִּים, modo singulari modo plurali junctæ, id quod nonnullis persuasit, priore loco genuinam lectionem esse גַּבְנֹן. Recepta lectio ideo non est sollicitanda, quod vox גבננים secunda vice separata a הרים potest absolute posita esse.

XIV. Vocem אֲדַדֵּם Psalm. 42, 5. interpretantur quidam: revolvam sc. cogitatione i. e. recordabor ea (suff. ם pro אֵלֶּה). Sed prætermissis grammaticis difficultatibus hæc interpretatio æquivocatione laborat.
